



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LXXIII. Ecquod Discrimen Legis & Euangelij rectè probet operum
neceßitatem?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

cium ; itemque in Symbolo.

III. PROMISSIONES Euangelicæ sunt Conditionatæ, si obediatur præceptis: non sunt absolutæ.

I. Mat. 5. *Nisi abundauerit iustitia vestra, &c.* Matth. 19. *Si vis ad vitam. &c.* Luc. 10. *Hoc fac; & viues.*

INSTANT. I. Lutherus ad Gal. 3. Caluinus Inst. 3.c. 18 §. 9. Id ironice dictum à Christo, ad confidentem in operibus legis.

2. Idem in Antid. Iess. 6.c. 7. Serua manda-ta: *V& Catechumenis, si tam dura illis conditio imponitur! Quid enim aliud, quam eterna illis male-dictio indicitur?*

3. Brentius hom. 1. in Dom. 13. post Trin. ait, per serua mandata p[ro]l[icitu]r indicatam ei viam ad damnationem fuisse.

DICO I. Non est ironia; qui simili-ter conditionate alioquitur Aposto-los, Ioan. 13. Beati, si feceritis ea. Ioan. 15. Amici mei eritis, si feceritis quæ praeci-pio. &c.

2. Non eratis Scriba, Phariseus, aut legis peritus, cui illud eret; sed di-ues adolescens, Matth. 19. Mar. 10. & princeps, Luc. 18. Et Dominus, Mar. 10. dilexit eum.

3. Nec is tentans quærebatur; sed se-riò discens.

4. Nec, si tentasset, Dominus do-lum reddere dolo fuit.

II. Conditionatas esse Promissio-nes docent Apostoli: Rom. 8. *Si spiritu facta carnis mortificaueritis; vniuersitatis &c.*

III. Propheta: Ezech. 18. *Si Impius auerteritis se ab impietate sua; & fecerit iudi-cium & iustitiam; vita viciet.*

IV. Conditio fidei docet idem, ad salutem requisita, testibus Sectarijs: Mar. vlt. *Qui crediderit, saluus erit. Ec-ce conditionem. Igitur Euangeli-um dicitur Gratuita promissio, cum*

etiam Conditio sit gratuita, id est ex gratia Dei, dantis gratiam progra-tia, Ioan. 1. id est gratiam, & gloriam ex gratia donantis. Plurimæ Antichris-

QVÆSTIO LXXIII.

*Ecquod discrimin Legis & Euange-
lij recte probet Operum nuc-
sitatem?*

I. DISCRIMEN. Lex est doctrina inchoata, & occultatio Noui Test. Euangelium est Perfecta, & Revele-tio Veteris Test. Greg hom. 6. in Ezech. ait, est Rota in rota. Vtrumque Test. tria continet, Mysteria credenda, Promissiones sperandas; Præcepta facienda. Vnde, ait S. Aug. in Enchir. tum ma doctrinæ cœlestis est Fides, Spes, Charitas: Hanc Moyses tradidit ve-late, Christus reuelat è. 2. Cor. 3.

Atqui in tribus iisdem Nouum præstat Veteri Test. longè. Nam Mys-te-ria fidei Vetus tradit obsecrare: Nu-uum manifestè. Promissa, Vetus figura-ta, & temporalia: Nouum propria, & æterna. Mandata Vetus ceremonia-lia, Iudicia, Moralia continent: Nu-uum habet pro ceremonialibus innu-meris Sacraenta pauca: pro Iudici-ali bus vnius gentis Iudicæ tradit Tra-ditiones, Legesque paucas orbis totu-rum vniuersales. Morales leges seruat co-munes, vti perpetuas; verum, quas in Nouo Christus perduxit ad perfec-tum: quibus & Consilia adiecit. Ex quibus omnibus S. Augustinus l. 1. de-ferm. Dom. in monte mirificam probat bonorum operam utilitatem, in Eu-an-gelio commendatam.

II. Dis-



II. DISCRIMEN. Vetus lex à Moy-
se data, solā doctrinam: Noua à Chri-
sto, confert etiam gratiæ auxilium.
Ideo 2. Cor. 3. Litera occidit; spiritus
vivificat. Ioan. 1. Lex per Moysen data est;
gratia & veritas per IESVM Christum fa-
ctae sunt. Plures ex his vtriusq; differen-
tiæ diminant; quæ omnes stabilunt
bonorum operum necessitatem: quo
rum tamen iugum suave est, & onus
leve.

QUÆSTIO LXXIV.

An & que LIBERTAS Christiana
naprobet operum necessi-
tatem?

LUTHERVS in Galatæam. 2. Necessaria, inquit,
sola fides est, ut iustissima: casera omnia liberrima,
neque precepta ampliæ, neque prohibita. Ibid. Si con-
scientia difficiat, Peccati responde; peccavi; ergo Deus
paniat, & damnabit: Non. At lex hoc dicit. Sed nihil
mibicum lego. Quare? Quia habeo libertatem. Ibid.
Summa ars & sapientia Christiana est, Nescire legem,
et vivere opera & totam iustitiam actiuam.

CALVINVS Infl. 3. c. 19. §. 2. 4. 7. Libertatem
ponit in tribus.

1. Vbi fiducia iustificationis, ibi nulla legis
aut operum habenda ratio.

2. Opera bona sicut, ut certò acceptanda
a Deo; non ut examinanda.

3. Omnim rerum seruanda Indifferen-
tia, sive usurpes, sive omittas.

LUTHERO-CALVINISTARVM igitur est,
Nulli seruire legi in conscientia, & coram
Deo: Christum habere pro Redemptore,
non pro Legislatore: Moysen cum suo De-
calogon il ad eos pertinere.

AVTOR. Christiani & iustificati
sunt obligati ad præcepta Dei, cui ser-
uire, regnare est; & Lutherico-caluini-
stica libertas profana est, peccatiique
& diaboli voluntaria seruitus.

1. Quia Christus est verus Legis-

lator, Is. 2. Levit. 33. iuxta expositionem
Petri, Act. 3. & S. Stephani, Act. 7. &
Pauli, Heb. 2. 5.

2. Quia Euangelium esse legem
docent Scripturæ. Isa. 2. Michæx 4.
De Syon exhibet lex, & Verbum Domini de
Ierusalem.

3. Quia Christus præcepit de ba-
ptismo, Ioan. 3. De Eucharistia, Ioan. 6.
Prohibuit repudia; dimissosque ma-
nere iussit innuptos, aut reconciliari:
De quo 1. Cor. 7. Præcipio, non ego, sed
Dominus. &c.

4. Quia Dominus legem Moysis
approbavit, quoad Moralia: Matt. 5. 6.
7. 19. Mar. 10. Luc. 18. adprobans De-
calogum. Item Mat. 22. Confirmat
præceptum dilectionis; vt à quo pen-
deant lex & prophetæ. Ioan. 15. Hoc
est præceptum meum, vt dilig. &c. Ioan. 13.
Mandatum nouum do. &c. Sic & Aposto-
li, Rom. 13. Nemini quicquam debeatis,
nisi ut diligatis inuicem. &c. Ephel. 6.
Jacob. 2.

5. Quia Lex Moysis moralis non est
per Euangelium abrogata. Mat. 5. No-
lute putare, quoniam veni soluere legē. &c.
moralium Ro. 3. Quid ergo legem destrui-
mus per fidem? Absit: sed legem statuimus.
Rom. 7. Consentiolegi, quia bona est. &c.
Mente seruio legi Dei.

6. Vox Debeo, Debet, est in Scriptu-
ris imperans. Luc. 17. Quod debuimus,
fecimus. Rom. 8. Debitores sumus. &c.

7. Christus est Iudex mundi, redi-
diturus cuique secundum opera eius.
Mat. 24. Act. 10. 17. Rom. 2. 14. &c. Et
Christiani, ait Aug. l. de fide & operi-
ribus, damnabunt, non quibus fides,
sed opera defuerunt. 8. Sic & S. Patru
habet Consensus, & æratum.

